

32 arca magna. Origine Polensem esse suspicatur IOH. CARRARA apud Kandlerum *espl.* n. 11 p. 5 (cf. Istria 1847, 282), recte opinor; ego certe huc rettuli, ne a sequente separarem. (Capodistriae?) *nella casa di Giacomo Cesaro habitante nella contrada di Ponte piccolo* SCUSSA. Capodistriae apud Nicolaum de' Belli, servit oleo infundendo CARLI. *Era a Capodistria in casa Elio, ora in Cernical ossia Castel S. Sergio, dove serve per abbeveratojo* KANDLER. Ibidem vidi a. 1857. Iam a. 1866 extat Tergeste apud Kandlerum.

P · AELIO · RASPARAGANO
REGI · ROXOLANORVM
V · V · F

Contuli. Scussa in fine cod. ms. interschedas propter inscriptionum syllogem paratas; Carli, qui vidit, apud Mur. 2099, 7 et in Calogerà *racc.* 28 (1743) p. 273 (inde Donat. 152, 7; Orelli 833) et *ant.* 2, 249; Kandler ms. et inscr. n. 187.

I quarta a fine littera quamquam evanida est, tamen G fuisse eam, non s certo deprehendi. — 3 fortasse *v(ivus) v(ivo) f(ecit)*. — Nomina regis apparet venire ab Hadriano, quem *cum rege Roxolanorum, qui de imminutis stipendiis quereretur, cognito negotio pacem composuisse* scribit Spartianus (c. 6.). Ceterum hunc Rasparaganum Polae degentem cum suis (v. n. 33) probabiliter habebimus pro captivo vel exule; etiam notandum ipsum regem dici, filium non regem, sed regis filium.

33 arca Polae reperta. *Scritta su grande pietra nostrana rinvenuta spezzata in uno scavo praticato sullo scoglio detto degli olivi nel porto di Pola* CARRARA. Nunc est in museo.

P · AELIVS · PEREGRINVS · REGIS
SARMATARVM · RASPARAGANI
F · V · F · SIBI · ET · ATTIAE · Q · F · PROCILLAE · LIB · LIBER
TABVSQ · POSTERISQ · EORVM

Contuli. Ioh. Carrara apud Kandlerum *espl.* n. 11 p. 2; Kandler ms. et n. 187.

34 Polae ad templum Augusti inv. a. 1827 ORTI. Extat in museo.

L · ANNE
IO · L · F ·
DOMITIO
PROCVLO
5 C · P
PRONEPOTI
ANTONI
FELICIS
ANTONIA
10 CLEMENTIANA
AVIA
L · D · D · D ·

Contuli. Habent Orti *Bullett. dell' Inst.* 1837, 109 (inde Henzen 5404); Kandler in Istria 1846 p. 19 et inscr. n. 182.
Antonius Felix libertus Antoniae matris imp. Claudii, frater Pallantis, is est qui illo imperante Iudaeam procuravit et 'trium reginarum maritus' praeter alias Drusillam, M. Antonii et Cleopatrae eius neptem, uxorem duxit. Cf. Suetonius Claud. 28; Tacitus ann. 12, 54 et hist. 5, 9; Iosephus ant. 20, 7, 2 sq.; Lehmann *Claudius und Nero* 1, 148.

35 Polae retro altare S. Matthaei in quodam saxo marmoreo, ubi inventum fuit quondam vas vitreum perpulcrum subtus ipsum saxum cum aliquibus rebus SAN. (VER.); in ecclesia S. Matthaei ad altare maius RED.; extra moenia post altare S. Matthaei SAB. — Errore Romae GRUT. 492, 8; fraude in foro Praesignii in valle Sabii in regione Persicae BRUX. et ex hoc MANUT. et GNOCCHI; in *Vd a S. Zeno* ROSSI; *esisteva sul tener di Padenghe in Bresciano* CARLI.

SEX · PALPELLIO · P · F · VEL
HISTRO
LEG · TI · CLAVDI · CAESARIS · AVG
PRO COS
5 PR · TR · PL · X · VIR · STL · IVDIC · TR · MIL
LEG · XIII · GEMINAE · COMITI
TI · CAESARIS · AVG · DATO · AB · DIVO · AVG
C · PRECIVS · FELIX · NEAPOLITANVS
MEMOR · BENEFICI

Descriperunt Sanutus et Bembus. Bembi ipsius exemplum est in codice eius f. 3'. 60. 87'. Sanuti exhibent cod. Redianus B n. 8; Veronensis n. 6; Bembus f. 89r.; Bellon. A f. 30r.; Sabinus n. 5; Martyr n. 5—7, hic in tres particulas discissum (ex Martyre Smet. 161, 18. 19. 166, 13; Grut. 447, 5. 497, 14. 558, 5; item 492, 8, ubi additur male 'Smetius vidit'). Ex Sanuto habuerunt etiam Ligorius ms. Taur. 13 (inde Gud. 135, 2); item Brixianus p. 2, a quo pendent qui Brixiae collocant Manut. orth. 346, 62 (inde Grut. 447, 4); Rossi p. 307; Donat. 297, 5 ex schedis Petri Gnocchi; Carli 2, 72, qui rogatu suo a comite Ioh. Maria Mazzuchelli lapidem collatum esse ait, errore omnino; Labus *Wiener Denkschr.* 1, 360, qui coniectura restituit male; inde ut apparet Kandler n. 180. A prioribus Orell. 693.

Vv. divisi ad Bembum et exempla Sanuti duo Redii et Sabini. — 1 PALPELLIO Bembus et Sanuti exempla meliora (Red. Ver. Bemb.), PALPELIO eiusdem exempla reliqua, PELPELIO Ligor. — VEI Bembi. — 3 TITI Bembi. — 5 STL Bembi. et Sanuti exempla bona (Red. Ver. Bemb.), STIL Sab., STH Bell. — VIDIC Sanutus Bembi. — 6 GEMINAE Bembi. et Sanuti exempla meliora (Red. Ver. Bemb. Lig.), GERMANIAE eiusdem exempla deteriora (Sab. Bell. Mart. Brix.), GERMANICAE Brix. ex corr. — 6 CIMITI Lig. — 7 DONATO Lig. — OB PRO AB Sab. — post AVG hiatum indicat Lig. — 8 PRECIVS Bembi. et Sanuti ex. mel. (Red. Ver. Bemb. Bell.), PRERIVS Sab. Mart. Brix., OPTIVS Lig. — FELIX Bembi. et Sanutiana exempla meliora (Red. Ver. Brix. Lig. et ex corr. Bembi), FOELIX Sanuti exempla alia (Sab. et Bell. et ante corr. Bembi). — NEPOLITANVS Red. — 9 BENEFICI Bembi. et ex Sanutianis Red., BENEFITH Sanuti cod. Ver., BENEFICII Sanuti exempla reliqua.

Cf. Plinius h. n. 10, 12, 38 *Sex. Palpellio Histro L. Pedanio cos.*, quos consules Borghesius retulit ad a. p. C. 47, et Tacitus 12, 29 ad a. p. C. 50: *scripsitque (Claudius) Palpellio (p. atellio cod., em. Lipsius) Histro, qui Pannoniam praesidebat.* Hic titulus dedicatus est antequam fasces susciperet Hister. Eiusdem nominis homo redit n. 48, ubi vide.

36 epistylia pars litteris magnis. Polae ad litus rep., extat in aed. Rizzi KANDLER ms. Nunc in museo.

uir stiliti IVD · TRIB · MIL · LEG
III VIR · VIAR · CVRAN · dar
donatus ue MILL · HAST · PVRA · QVAL · st

Contuli. Ed. Savelsberg *Rhein. Jahrb.* 27, 145 male exceptam a Dubusco; Kandler n. 185.

37 Polae rep. a. 1500 dum moenia instaurabantur SAN. (VER.) ad praetorium SAB. in foro KNIBB. MANZ. *sotto il palazzo UTIN. nel pian terreno del palazzo del Conte* CARLI. Nunc in museo. — Mosenigi in valle Sabii ad domum quae olim erat Buccarum BRUX.; Brixiae apud Mazinos ROSSI FABRETTI.

D · M
T · AELI · CAL
LIMORPHI
ALVMNI
OPTIMI
CHRYSOMAL
LVS · AVG · LIB
PROCVR

Contuli. Exhibent Sanutus (cod. Ver. n. 67; Sabinus n. 56; Brix. p. 40, a quo pendent Rossi p. 255 et Fabrett. 199, 487 ex schedis Barb.); Bembus f. 2. 61. 88 ex lapide; Kandler *cenni di Pola* p. 66 ex codice bibl. Marcianae scr. c.

a. 1600; Grut. 595, 3 ex schedis Knibbianis; Manzuoli Istr. 1611 = *archeogr. Triest.* 3, 191; Manutianus liber 5237 f. 119 (inde Don. 14, 11 auctore non indicato); Pococke p. 120, 4; Utin. p. 7; Carli 2, 86 optime, quamquam evanidam dicit; Vergottin Pola p. 49; Stuart *antiq. of Athens* (1816) 4 p. 1 aere expressam; Kandler n. 217. Interpolavit Hier. Gravisius apud Carlium 3 p. XXIV, eo nixus quod Carlius dixerat corrosam.

Interpolatus typus Gravisianus (*sul fondamento di una mia copia potrebbe leggersi*) hic est: D · M · TITI · ELI · CALIMORPHI · ALVMNI · OPTIMI · CRISOMALVS · AVGVSTI · LIBERTVS · PVRPVRARIVS. Cf. n. 11*.